



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

10 De corpore hominis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QVODLIBET. VI. ART. XVI. XVII. ET XVIII.

Statu presentis vita per sacramenta gratiae Christi remouetur peccatum originale quantum ad inquisitionem animae, ut si non imputetur homo ad culpam. Remanet tamen interius quantum ad corruptionem somnis in carne, unde Apostolus dicebat ad Rom. 7. Ego ipse mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati, in quantum si concupiscit aduersus spiritum, unde homo baptizatus secundum mentem viruit in nouitate spiritus; sed secundum carnem adhuc retinet virtutem Adam. Et ideo sicut per spirituali generationem, quae per euangelium alios producit filios in Caritate absque peccato, ita etiam secundum generationem carnalem producit filios in virtutem Adam cum peccato originali.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS XVI.

Vtrum in peccato actuali prius sit aueratio, quam conuersio.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod in peccato actuali prius sit aueratio, quam conuersio. Averatio non importat recessum a termino, conuersio autem accessum ad terminum; sed in motu corporali prius est recessus a termino, quam accessus ad terminum. ergo & in spirituali motu prius est aueratio quam conuersio.

SED CONTRA est, quod Dio. dicit 4.c.de di. no. Nemo intendens ad malum, operatur, sed intedens ad bonum, ergo prius aliis peccantibus congettetur per appetitum ad bonum comitabili, quam aueratio a Deo.

RESPON. Dicendum, quod peccatum principaliter in voluntate consistit, ut Aug. dicit. Quantum autem ad voluntatem illud est prius, quod principaliter intendit, & id in peccatis, in quibus principaliter intenditur fructus boni commutabilis, sicut in luxuria, avaritia, & similibus, prius est naturaliter conuersio quam aueratio, quam non est principaliter intenta, sed praeferentia intentionem cōsequitur ex inordinata conuersione. In peccatis autem, in quibus directe intenditur aueratio a Deo, sicut est infidelitas, desperatio, & alia huiusmodi, prius est aueratio ab incommunabili bono, & postea est conuersio ad communabile bonum, sicut patet in illis, qui desperantes scipios tradat impudicitia, ut dicitur ad Ephe. 4.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod quamvis in mortib. operabilibus recessus a termino prior sit in executione, accessus tamen ad terminum prior est in intentione, in qua principaliter consistit peccatum.

ARTICVLVS XVII.

Vtrum maius peccatum sit cum aliquis mentitur facto, quam cum aliquis mentitur verbo.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod maius peccatum sit cum aliquis mentitur facto, quam cum aliquis mentitur verbo. Maius non peccatum esse viderur, cum aliquis mentiendo abutitur eo, cui magis creditur: sed sicut Anselm. dicit in li. de eucaristia magis creditur factus quam verbis. ergo grauius peccat qui mentitur factus, quam verbis.

SED CONTRA est, quod Au. dicit in li. de doctrina christiana. Inter omnia signa precipuum locum tenent verba: his autem abutitur ille qui verbo mentitur. ergo videtur quod grauius peccat ille qui mentitur verbo, quam ille qui mentitur facto.

RESPON. Dicendum, quod sicut Amb. dicit in quadam sermone. Non solum in falsis verbis, sed etiam in simulatis operimus mendacium est. Pec-

catum autem mendacii principaliter quidem consistit in intentione fallendi, unde ille qui dicit falsum, quod putat esse verum, non mentitur. Magis autem est reus mendacii ille qui dicit verum, quod putat esse falsum, ut patet per Augustin. lib. de mendacio, unde cum eadem intentio fallendi sitio quo qui mentitur factio, uterque equaliter peccat. Verbum, n. & factum assumuntur ut instrumenta fallendi, unde non refert quantum ad peccatum mendacii, utrum aliquis verbo, vel scripto, vel nota, vel quocumque factio mentitur, sicut non refert quantum ad peccatum homicidii, utrum quis gladio, vel securi interficiat hominem.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

G

QVÆSTIO III.

ARTICVLVS XVIII.

Vtrum aliquis possit esse naturaliter, vel miraculose simul virgo & pater.

DEINDE quæstum est circa corpora hominis, utrum salichis possit esse naturaliter, vel miraculose simul virgo & pater. & videtur quod hoc possit esse miraculose, quia pater & mater simul sunt generationis principia: sed aliqua mulier miraculose fuit simul virgo & mater. ergo ratione aliquis vir miraculose potest simul esse vir & pater.

Item. Viderur quod hoc possit esse absque miraculo, quia dæmon incubus potest turari semini virginis in formis pollutis, & transfundere in matrem mulieris, ex quo quidem semine potest concepi proles, cuius pater non est dæmon incubus, sed ille ex cuius semine generatur, quod agit in virte eius? a quo est proliuus. ergo videretur est abs que miraculo possit alijs simul esse virgo & pater.

SED CONTRA. Mulier absque miraculo non potest simul esse virgo & mater. ergo parere nec vir absque miraculo potest simul esse virgo & pater.

Item. Viderur quod nec per miraculum, quia si filius Dei, qui est natus miraculose de virginie, ex aliqua parte corporis virginis carnem alsumpsisset quam ex illa, unde mulier naturaliter concepit, pura de manu, aut pede, non diceretur filius virginis, sicut nec Eva dicit a cl. filia Adam, quamvis in formata de coita ipsius: sed non posset contingere filio virginis utrius, quod ex hac in parte corporis, & in codem loco plena generaret, sicut naturaliter generatur. ergo nec etiam miraculose fieri posset quod aliquis simul esset virgo & pater.

RESPON. Dicendum, quod ad huius evidentiā videre oportet quid ad virginitatem requiriatur. Requiruntur autem tria ad eius perfectionem, quorum primū est principale & foniale, scilicet, siue intentio voluntatis, sicut & omnibus moralibus, unde istud ex necessitate ad virginitatem requiritur, quod ad sit aliqui assidua voluntas nonquam experiendi delectationem veneram. Secundum autem est materiale, scilicet appetitus sensibili, scilicet desiratio, quam quis experitur in actu virginitatis materialiter. Nam passiones sensitiae sunt materia uitutum moralium. Si in p̄sonā electa non possit voluntas hoc contingat, nostra, cum quis sit p̄sona polluta vel cuī mulier p̄ voluntā ab hoste operimur, non perit uirtus virginitatis, ut patet p. Augustino de Ciu. Dei. Tertiū autem est quā per accidētē & cōcomitantē.

comitanter se habens ad virginitatem, s. corporalis integritas. Vnde si claustra pudoris aliter corrumpantur quam per venerem actum, puta, si obsecchia, vel medicus ferro incidat ad sanandum, nihil virginitati deperit, sicut Augustus dicit in i.e. Civitate Dei. Sic ergo si virginitas accipiat secundum per secum suum esse, prout ad virginitatem tria praedicta concurrent, mulier quidem salua virginitate non potest esse mater, ita quod concepiat & pariat nisi miraculo, quia proles egredi non potest, cum hoc quod permaneat claustra pudoris inuiolata, nisi per miraculum, sicut accidit in matre Dei. Posset tamen forte absque miraculo mulier salua omnino uirginitate conceperi, sicut dicitur accidisse de quadam puella pubescente, quam propter pudoris custodiā in leto suo pater habebat, qui dum somno pollueretur, semen ad matricem descendit & puerla concepit. Vir autem absque omni feminis resolutione non potest esse pater neque naturaliter, neque miraculo, quia si de corpore eius proles altera miraculo formaretur, non posset dici pater. Si vero uirginitas largius accipiat, prout solum requirit interiorē electionē mentis, sic patet de muliere quidem quod naturaliter potest esse mater, uirginitate tali manente, sicut si aliqua puerilis uiolentiam opprimeretur ab hoste, & inde conciperet, & mulero magis hoc posset miraculo fieri. Vir autem salua tali uirginitate posse esse pater naturaliter propter pollutionem nocturnam, quoniam eum casu ad matricem mulieris perueniret. Non autem ita congereret, quod miraculo vir fieret pater, sicut quod uirgo fieret mater, tum quia uirgo miraculo facta est mater, Spiritus sancto formante corpus prolixi ex purissimis sanguinibus eius, ut Damascus dicit. Resolutio autem feminis, sine qua uir patet esse non posset, non congruit operationi. Spiritus sancti tamen quia uir in generatione est sicut agens, mulier sicut patens. Deo autem competit agere & non pati: unde magis congruit ut Deus miraculo supplet id quod deficit ex parte uiri, quam id quod deficit ex parte mulieris.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

QVÆSTIO XI.

ARTICVLVS XIX.

Vtrum cælum empyreum habeat influentiam super alia corpora.

DE INDE ultimum quæstum est de creatura corporeali, utrum, s. cælum empyreum habeat influentiam super alia corpora. Et ut quod non, quia oportet corpus quod naturaliter influat in alia corpora, per prius influat in propinquum, s. in remota. Si ergo cælum empyreum influeret in corpora inferiora, per prius influeret in cælum aqueum, quod est sibi propinquius, quam in cælum sydereum: sed hoc uideretur esse inconveniens, quia cælum sydereum similius est cælo empyreio, cum neutrū sit de natura quatuor elementorum, quam cælum aqueum, quod est de natura quatuor elementorum, quia illæ aquæ diuntur ibi positæ ad refrigerandū caelum, puerilem ex motu cæli, ratione cuius Saturnus, qui est alius inter planetas, dicitur habere frigiditatem. Non ergo cælum empyreum influat in corpora inferiora.

SED CONTRA est, quod in libro de intelligentiis dicitur, quod quod influat in alia, est lux, vel lucem habens, & in commento dicitur, quod omnis influentia est per uitatem lucis: sed cælum empyreum maximè habet

A lucē inter alia corpora, ergo et alia corpora influat. Text. cō. 52.
RESPON. Dicendum, quod quidam ponunt ceterum, quod empyreum non habere influentiam in aliquā corpora, quia non est influutum ad effectus naturales, sed ad hoc quod sit locus beatorum. Et hoc quidem mihi aliquando uisum est, sed diligenter considerans, magis uidetur dicendum, quod influat in corpora inferiora, quia totum universum est unum unitate ordinis, ut paret per Philos. 12. Text. cō. 52.
Meta. Hęc autem unitas ordinis attenditur secundum quod quodam ordine reguntur corporalia per spiritualia, & inferiora corpora per superiora, ut Augustinus dicit in 3. de trin. Vnde si cælum empyreum non influeret in corpora inferiora, cælum empyreum non contineretur sub unitate universi, quod est inconveniens. Text. cō. 52.
But autem proprius effectus eius est perpetuitas, & permanens in inferioribus corporibus. Nam fuit Philosophus in syne. In celo sunt principali duo motus, quorum unus est ab Oriente in Occidentem, qui vocatur diurnus, & est super polos aequinoctialis: & quia iste est uniformis, causa perpetuitatis in inferioribus motibus. Alius autem motus est ab Occidente in Orientem, quo mouetur Sol & alii planetæ, qui est super polos zodiaci, per quem planetae accedunt & recessunt a nobis: unde iste motus proprius causat differentiam generationis & corruptionis, & ceterorum motuum in istis inferioribus: & sic continuatur generatio & corruptio horum inferiorum quoque Deus uult, quod quidem quantum ad continuatatem causatur a primo motu, quantum autem ad contrarietatem a secundo. Sicut autem uniformitas motus praedit diffinitatem, ita etiam unitas quietis praedit uniformitatem motus, quia moveri est se aliter habere nunc quam prius: quieter est autem est eo modo se habere nunc ut prius, & sic quietis habet puram unitatem. Uniformitas autem motus haberet unitatem cum diversitate, & ideo primum cælum, scilicet pyreum, singulariter per suam quietem influat. Secundum autem cælum est, quod dicitur aqueum per suum motum uniformem: Tertium autem cælum, scilicet sydereum per suum motum diffinem: hoc autem est proprium huic corpori, quod influat ab aliis motu, in quantum est supremum attingens quoddammodo ordinem substantiarum spiritualium, prout Dionysius dicit 2. c. de di. no. quod diuina sapientia coniungit principia secundorum finibus primorum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod cælum empyreum magis influat in cælum aqueum, quam in corpora inferiora, inquit enim cælum aqueum plus recipit de influentiā cæli empyreio, ut uniformitas motus ostendit, unde etiam magis conuenit cum cælo empyreio ratione sua uniformitatis, quam cælum sydereum. Est autem de cælestib. corporibus duplex opinio. Una sive quod sicut de natura elementorum, secundum quam cælum empyreum esset de natura ignis, cælum aqueum de natura aquæ, vel aeris: cælum autem sydereum est compositum ex utraque natura, quia in parte est lucidum, in parte diaphanum. Et ad hanc opinionem pertinet, quod dicitur aquas esse ibi ad infringandum. Alia autem est opinio, quod corpora celestia non sunt de natura quatuor elementorum, sed quinta essentia, secundum quam etiam cælum aqueum non est de natura quatuor elementorum, sed dicitur aqueum propter diaphanicitatem, sicut dicitur cælum empyreum, igneum, propter lumen. Contrarium concedimus, quoniam liber de intelligentiis non sit autoritatis aliquius, nec etiam uerum

Quodlib. S. Tho. F 3 sit